

Ratio est: quia in his contractus & votum quoad substantiam sunt involuntaria; ergo nulla. Si autem sit tantum quoad circumstantiam aliquam accidentalem contractus involuntarius, manebit quoad substantiam validus.

DISPUTATIO VI.

De actibus Voluntatis.

IN negotiis moralibus novem actus ordinariè interveniunt, qui partim ad intellectum, partim ad voluntatem, partim ad intentionem finis, partim ad executionem mediorum pertinent, & sunt sequentes: cognitio finis, simplex finis volitio, intentio finis, consilium de mediis, consensus in media, electio mediorum, imperium, usus & fruitio. Circà hos actus aliquæ occurrunt difficultates breviter resolvendæ. Unde sit.

QUÆSTIO I.

De objecto volitionis simplicis & volitionis efficacis.

Suppono. Ad omnem volitionem prærequiritur cognitio vel actus intellectûs, ità, ut nequidem per absolutam Dei potentiam fieri possit, ut voluntas in incognitum tendat: quia impossibile est, quod voluntas vitaliter tendat in objectum, priusquam habeat objectum, à quo moveatur & specificetur, hoc autem objectum est bonum objectivè alliciens & ad hanc speciem actus determinans, quatenus est ab intellectu propositum sub ratione convenientis; sicut enim appetitus naturalis sequitur formam naturalem, appetitus sensitivus formam apprehensam per sensum. Ità appetitus rationalis sequitur formam per intellectum propositam; licet ergo etiam voluntas dicatur moveri ab appetitu sensitivo, hoc tamen non aliter fit, nisi in quantum passio vel affectus appetitûs sensitivi est causa, quod

DE AC
 objectum ab intel
 convenientis; t
 qualiter pe
 Ex ideò pa
 vel illius spe
 movens est
 ponens.
 DICO. Volun
 modi, sine
 Sed in ea
 non potest
 hic Q. 8. a.
 & efficacis e
 objectum volitio
 tum est, volitio
 none ponendo.
 ma Pars pr
 bus elvincinatio
 volitio est talis ap
 non potest esse ni
 proinde bonum;
 sive in finem vel
 media assequendi
 da Pars pat
 plicem, quæ et
 tacentia vocat
 ur, quo volun
 al media. Et ve
 cedit in finem
 mediis, illa vult
 quendum.
 Obj. 1. Vol
 velle bonum ve
 rino præcepto
 miteriam, qu

objectum ab intellectu proponatur ut conveniens vel disconveniens: taliter enim quis solet de objecto judicare, qualiter per affectum vel passionem est dispositus. Et ideo passio est causa remota, cur voluntas hujus vel illius speciei actum eliciat, causa autem proxima movens est intellectus tale objectum voluntati proponens.

DICO. *Voluntas potest ferri in finem in quantum hujusmodi, sine hoc, quod feratur in ea, que sunt ad finem. Sed in ea, que sunt ad finem, in quantum hujusmodi, non potest ferri, nisi feratur in ipsum finem* S. Th. hic Q. 8. a. 3. O. sive objectum volitionis simplicis & efficacis est bonum, hanc tamen differentiã: quod objectum volitionis simplicis sit bonum præcisè ut bonum est, volitio autem efficax sit de bono ut in executione ponendo.

1ma Pars probatur ratione S. Th. omnis appetitus est inclinatio appetentis in aliquid; atqui omnis volitio est talis appetitus, & illud in quod inclinatur, non potest esse nisi aliquid simile & conveniens, ac proinde bonum; ergo omnis volitio tendit in bonum sive in finem vel absolutè & secundum se, vel ut per media assequendum, unde.

2da Pars patet ex differentiã inter volitionem simplicem, quæ etiam volitio inefficax & simplex complacentia vocatur, & describitur: actus complacentiæ, quo voluntas amat finem secundum se sine ordine ad media. Et volitionem efficacem, quæ si sit de fine, tendit in finem ut assequibilis est per media. Si sit de mediis, illa vult in quantum conducunt ad finem assequendum.

Obj. 1. Voluntas est potentia libera. Ergo potest velle bonum vel malum indifferenter, & saltem ex divino præcepto potest velle miseriam, imò summam miseriam, quæ est maximum malum.

R. Negando consequentiam : quia ad hoc , ut voluntas sit libera , sufficit , quod bonum limitatum , quod semper aliquem defectum & consequenter aliquam rationem mali includit , possit in quantum bonum amare , & in quantum malum odisse . Ad id quod additur .

R. Quod non possit Deus facere , ut voluntas amet summam miseriam , nisi (quod præcipuè accedente præcepto supponi debet posse fieri) in eâ apprehendat intellectus rationem boni .

Obj. 2. Voluntas aliquando peccat ex malitiâ : ut si odio habeat Deum . Sed tunc vult malum sub ratione mali : quia vult aliquid , quod est totaliter malum ; imò etiam potest aliquid velle , in quo nulla possit apprehendi ratio boni ut patet in damnatis appetentibus non esse .

R. N. mi. quia in peccato ex malitiâ apprehenditur & appetitur aliqua ratio boni . Dicitur enim peccatum ex malitiâ , non hoc sensu , quod peccans velit sive simpliciter sive efficaciter malum sub ratione mali , sed illud , quo appetitur ex certâ scientiâ & plenâ deliberatione aliquod objectum contra legem Dei & contra bonum honestum sub aliquâ tamen ratione boni utilis aut delectabilis .

Ad id quod additur , dicendum : quod non esse non quidem absolutè consideratum , sed apprehensum ut est terminativum summæ alicujus miseriarum apprehendatur sub ratione boni .

Q. 1. An voluntas semper ad primam volitionem finis moveatur à solo Deo specialiter .

Antequam respondeam suppono : duobus modis posse voluntatem se movere in finem . 1. mò Per hoc , quod voluntas producat actum tendentem in finem . 2. dò Quod per actum præcedentem se applicet ad volitionem finis . Et de hoc modo procedit quæstio , ad quam .

R. Affirmat
ur ad primam
Deo specialiter ;
est in actu : at
est in actu
ego Deus ad p
speciali : tunc
fectus in nulla
ntem reducit
dum alium m
Hoc autem cont
quando homo
quodlibet que in
et actibus præce
hoc duranti bus
no cujuslibet que
mam volitionem
Dices 1. Ho
cate : potest en
juxta sententiam
ad finem ultimu
volitionem non
est movere spec
R. Negando
no potest in pri
In primo
toto enim non
boni physico ,
et minore pro
gunt homo in
Deo ad amore
particulari finem
peccare .
Dices 2. Pr
est à solo Deo

R. Affirmativè, ratio est: quia voluntas non movetur ad primam volitionem finis à seipsâ. Ergo à solo Deo specialiter; probatur antecedens: movens debet esse in actu: atqui voluntas respectu primæ volitionis non est in actu: quia nullus actus præsupponitur. Ergo Deus ad primam volitionem concurrat concursu speciali: tunc enim est concursus specialis, quando effectus in nullam aliam causam moventem vel applicantem reducitur; prima autem volitio non potest reduci in alium moventem & applicantem quam Deum. Hoc autem contingit non tantum in primâ volitione, quando homo pervenit ad usum rationis, sed etiam quotiescunque incipit aliquid de novo velle, ad quod ex actibus præcedentibus formaliter vel virtualiter adhuc durantibus se non applicat; tunc enim quia intentio cujuscunque finis in particulari præsupponit primam volitionem, ad illam specialiter à Deo applicatur.

Dices 1. Homo in primâ volitione finis potest peccare: potest enim in primo instanti rationis, in quo juxta sententiam S. Thomæ est obligatus se convertere ad finem ultimum, peccare; Ergo Deus ad primam volitionem non movet specialiter: Deus enim non potest movere specialiter ad actum peccaminosum.

R. Negando ant. cujus probatio distinguitur: homo potest in primo instanti rationis iniciativo peccare N. In primo instanti rationis completivo Con. homo enim non incipit rationem attingere in uno instanti physico, sed in aliquâ parte temporis majore vel minore pro diversâ capacitate subjectorum; licet igitur homo in principio rationis sit specialiter motus à Deo ad amorem boni in communi, potest tamen in particulari finem suum ultimum ponere in creaturâ, & sic peccare.

Dices 2. Prima volitio potest esse libera, ergo non est à solo Deo movente sed etiam à voluntate.

R. Transmisso antecedente distinguendo consequens: ergo est etiam à voluntate seipsam applicante N. elicente Con. aliud est enim voluntatem liberè elicere actum aliud deliberare, ut liberè eliciat actum; liberè elicit actum hoc ipso, quod ex meritis objecti & iudicio proponente objectum non necessitetur; ut verò deliberatè eliciat actum, requiritur consilium & deliberatio rationis, ità ut voluntas ex aliquo actu priore sese reducat in actum.

Q. 2. An simplex volitio distinguatur specie à volitione efficace?

R. Affirmativè: quia prima tendit in finem absolutè præscindendo à mediis, secunda in eum ut per media consequibilem.

Q U Æ S T I O. II.

De actu intentionis.

Dico 1. *Intentio propriè est actus voluntatis S. Th. hic Q. 12. a. 1. O.*

*Probat*ur: Intentio illius potentix est actus, cujus est tendere in finem & seipsam ac omnes alias potentias movere in finem; atqui voluntatis est tendere in finem: hæc enim est differentia inter intellectum & voluntatem, quod intellectus secundum proprium suum modum operandi res ad se trahat, voluntas autem feratur & inclinetur in objectum, ac suo pondere alias potentias moveat ad finem intentum, præsupponit autem intentio actum intellectûs, qui proponat finem in ordine ad media, eorumque proportionem cum fine.

Dico 2. Motus voluntatis in finem & in id, quod est ad finem... potest considerari, secundum quod voluntas fertur in id, quod est ad finem propter finem: & sic unus & idem subiecto motus voluntatis est tendens ad finem, & in id, quod est ad finem S. Th. hic Q. 12. a. 4. O.

Pro.

Probatur: Potentia, quæ fertur in aliqua duo, non ut distincta, & disparatè se habentia, sed ut sunt quodammodo unum propter dependentiam & subordinationem unius ad aliud, quia unum est ratio simul tendendi in aliud, eodem actu fertur in utrumque; sed voluntas potest ferri in finem & medium, non solum absolutè & ut sunt secundum se distincta, sed ut sunt quodammodo unum propter dependentiam & subordinationem mediæ ad finem, quia finis est voluntati ratio tendendi in medium: ut: cum propter sanitatem vult medicinam. Ergo eodem actu potest tendere in finem & in medium propter finem, & consequenter idem actus voluntatis potest esse intentio finis & electio mediæ.

Obj. 1. Causa & causatum semper distinguuntur; sed tendentia in finem est causa, & tendentia in mediæ est causatum: ideò enim voluntas fertur in mediæ, quia fertur in finem: quia propter finem fertur in mediæ.

R. Negando mi. Universaliter intellectam: quia tunc tantum tendentia in finem est causa tendentiæ in mediæ, quando in finem & mediæ voluntas fertur distinctis actibus; quando autem fertur in utraque simul, in medium quidem ut objectum quod, in finem autem, ut in objectum quo seu ut in rationem quasi formalem volendi medium, tunc fertur in illa unico actu intentionis finis & simul electionis, qui non habet aliam causam efficientem quam voluntatem, habet autem causam finalem: scilicet ipsum finem volitum ut quo in ipso medio volito ut quod.

Obj. 2. Idem actus non potest esse intentio & electio: cum sint diversæ speciei; hoc autem esset, si quis unico actu tenderet in finem & in mediæ. Deinde idem actus sæpe esset amor & odium, volitio & nolitio, prosecutio & fuga: potest enim fieri, quod ma-

VI.
 inguendo confe-
 sam applicante N
 atatem liberè eli-
 erè eliciat actum;
 ex meritis objecti
 n necessiterur; ut
 ritur consilium &
 as ex aliquo actu
 atur specie à voli-
 it in finem absolutè
 eum ut per mediæ
 II.
 u.
 voluntatis S. Th.
 est actus, cuius est
 s alias potentias
 è tendere in fi-
 tellectum & vo-
 proprium suum
 voluntas autem
 o pondere alias
 ræsupponit au-
 roponat finem
 nem cum fine.
 Et in id, quod
 ndum quod vo-
 propter finem;
 aiis est tendens
 Th. hic Q. 12.
 Pro

lum, circa quod sit odium, nolitio & fuga, sit ordinatum ad bonum, circa quod sit amor, volitio & persecutio, tanquam ad finem. Hoc autem videtur impossibile.

R. Negando maj ad probat. dico: quando voluntas fertur in finem absolute & secundum se & in media absolute, intentionem & electionem esse diversæ speciei: actus enim voluntatis terminatus ad finem ut ad objectum quod est diversus ab eo, qui est terminatus ad finem tantum ut ad objectum quo & ad medium, ut ad objectum quod, & hic dicitur solum intrinsecè & formaliter electio, quamvis materialiter & extensive possit dici intentio; si verò eodem actu voluntas tendat in finem & in media propter finem, intentio & electio sunt tantum diversæ rationes in eodem physico actu juxta S. Th. hic Q. 12. a. 4. ad 3. *dicendum quod motus, qui est unus subjecto, potest ratione differre secundum principium & finem, ut ascensio & descensio:...* Sic igitur in quantum motus voluntatis fertur in id, quod est ad finem, prout ordinatur ad finem, est electio: motus autem voluntatis, qui fertur in finem, secundum quod acquiritur per ea, quæ sunt ad finem vocatur intentio.

Ad aliud R. quod quando voluntas odit, non vult, & fugit aliquod malum propter finem, quem amat, vult, & prosequitur, ille actus est tantum odium, nolitio & fuga formaliter & intrinsecè, quamvis virtualiter & extensive possit dici amor, volitio, & persecutio. Et in hoc nullum est inconveniens.

Quæritur ulterius de intentione an sit tantum ultimi finis? ad quod respondet S. Thomas hic a. 2. negativè, quia intentio respicit finem, secundum quod est terminus motûs voluntatis; est autem terminus alius ultimus, in quo quiescitur, qui est terminus totius motûs. Alius intermedius, qui ad alium terminum ulterius ordinatum

Ur: si qu
servandam san
autem inqu
proximum
& sanitates

QU

electio
potentia
bona, vel d
1. Elect

voluntas
ad bonum,

O.

Quar

actum unum

obens materiam

à principio

cui imperatur: ut

v.g. in eo, q

in finem charitat

cordiæ. Quod in

in quibus

dirigentem,

quæ ideo d

volunt

intellectum. Et

dirigente,

hinc habetur d

quo medium

pendum fine

est circa me

ratio unius pr

ratio antepo

dinatur. Ut: si quis intendat honestam recreationem ad conservandam sanitatem, per quam possit Deo servire. *Simul autem inquit S. D. hic a. 3. O. aliquis intendit & finem proximum & ultimum: sicut confectionem medicinae & sanitatem.*

QUÆSTIO III.

De electione.

Circà electionem quæruntur specialiter duo: 1. cuius potentia sit actus? 2. An possit dari inter equalia bona, vel de minore bono maiore relicto?

DICO I. *Electio substantialiter non est actus rationis, sed voluntatis. Perficitur enim in motu quodam anime ad bonum, quod eligitur S. Th. hic Q. 13. a. 1. O.*

Probatur: Quando duo principia concurrunt ad aliquem actum unum dirigens, aliud ut directum vel præbens materiam ordinabilem, tunc actus ille non elicitur à principio dirigente, sed à potentia directâ & cui imperatur: ut patet in omnibus actibus imperatis: v.g. in eo, qui dat eleemosynam, quam dirigit in finem charitatis, actus ille elicitur ab habitu misericordiae. Quod in habitibus, idem est in potentiis subordinatis, in quibus ordinatio & directio pertinet ad potentiam dirigentem, exercitium autem ad potentiam directam, quæ ideò dirigitur, ut agat; atqui in electione mediorum voluntas fertur in objectum ordinatum per intellectum. Ergo substantia actus electionis est à ratione dirigente, à voluntate tamen entitative eliciente. Hinc habetur definitio electionis: actus voluntatis, quo medium præ altero acceptatur in ordine ad consequendum finem. Dicitur: quo medium: quia electio est circa media, & non circà finem: cum sit acceptatio unius præ alio præsupponens amorem finis, qui sit ratio anteponendi unum alteri; sicut tamen prin-

ci-

incipium unius scientiæ potest esse conclusio respectu alterius, ita bonum, quod est finis respectu inferiorum, potest esse medium respectu ultimi finis, & ita potest esse electio circa finem, non ut finis, sed ut medium est. Exemplum ponit S. Th. hic a. 3. O. in sanitate, quæ est finis respectu eorum, quæ pertinent ad medicinam, est medium respectu eorum, quæ pertinent ad curam animæ.

Obj. Electio ad illam potentiam spectat, ad quam pertinet forma electionis: sed illa ad intellectum pertinet: forma enim in electione est ordinatio medii ad finem, illa autem pertinet ad intellectum. Ergo.

R. Distinguendo maj. Electio ad illam potentiam spectat, ad quam pertinet forma electionis constitutiva Con. Extrinsecè directiva N. *explico*: Illud, quod ordinat aliud, dicitur esse forma alterius; sic charitas dicitur forma aliarum virtutum: quia alias virtutes ordinat ad finem charitatis, propterea tamen actus aliarum virtutum à charitate non eliciuntur, sed imperantur & diriguntur; quando enim actus à duplici potentiâ dependet: attendendum est, quænam se habeat ut mota, & quænam se habeat ut movens, dirigens; voluntas autem interdum se habet ut mota: quia movet & movetur in virtute prioris ordinationis & motionis ab intellectu procedentis; interdum se habet ut movens & applicans intellectum. Et ideo actus moralis quandoque in intellectu, quandoque à voluntate consummatur: sic actus prudentiæ, actus legis, actus qui vocatur imperium, sunt actus elicti ab intellectu: quia ad illos actus voluntas se habet ut movens & applicans, intellectus autem se habet ut motus & applicatus. At verò in electione mediorum ordinatio se habet ut movens & non ut mota & exercens; unde non in actu ordinante, sed in actu ordinationem acceptante consistit electio.

DIGO

DE ACT
DIGO 2. Nih
secundum
consideret
& magis fle
S. Th. hic C
per alio elig
inæqualitas.
Vol
priori quæ
nec potens
non dic
aquil
& practicè
stante quo
& convenienti
minus bonu
voluntas in p
minus bonum non
non potest ab
intellectu proponi
potest magis velle u
per alio propona
Obj. 1. Volunta
potest mediun
pendam finem
necessitaretur
Negando co
suppositio an
voluntatis
necessitatem at
consequens; si
quidem actum
applicationem
si exconsult
medium al

DICO 2. *Nihil prohibet, si aliqua duo aequalia proponantur secundum unam considerationem, quin circa alterum consideretur aliqua conditio, per quam emineat, & magis flectatur voluntas in ipsum quam in aliud.* S. Th. hic Q. 13. a. 6. ad 3. sive: ut voluntas unum præ alio eligat, debet ab intellectu aliqua apprehendi inæqualitas.

Probatur: Voluntas est potentia cæca nihil potens eligere, priusquam illud ab intellectu judicetur eligendum, nec potens respuere objectum, quod intellectus præviè non dicat respuendum; atqui stante iudicio practico æquilibri inter duo bona, neutrum proponitur & practicè iudicatur eligendum vel respuendum. stante quoque iudicio practico majoris bonitatis & convenientiæ in uno, quam in altero minus bono, minus bonum iudicatur practicè respuendum; ergo voluntas in priori casu neutrum, in posteriori minus bonum non potest amplecti: sicut enim voluntas non potest absolutè velle, nisi objectum ab intellectu propositum absolutè bonum, ita etiam non potest magis velle unum, quam alterum, nisi unum præ altero proponatur magis bonum.

Obj. 1. Voluntas in eligendis mediis est libera; ergo poterit medium quodcunque utile & sufficiens ad assequendum finem eligere: aliàs enim à iudicio practico necessitaretur ad electionem certi medii.

R. Negando consequentiam cum probatione: quia licet suppositio antecedens omnem determinationem humanæ voluntatis tam formalem quam causalem inferat necessitatem antecedentem, non tamen suppositio consequens; suppositio verò iudici practici antecedit quidem actum electionis, est tamen consequens liberam applicationem voluntatis, à quâ dependet, ideoque, si ex consultatione intellectûs practici imperetur, unum medium alteri esse præferendum, eo ipso vi præ-

præviæ intentionis voluntas determinatur ad eligendum utilius medium, quamdiu illud medium manet invariatum, quod tamen accedente novâ applicatione voluntatis & inquisitione rationis variari, adeoque etiam electio mutari potest.

Obj. 2. Proponantur famelico duo panes omninò æquales: hic neutrum eligere poterit, & consequenter fame morietur, quod videtur absurdissimum.

R. Negando subsump. & sequelam, quia hic practicè judicabit, tum ad subveniendum necessitati, tum ad exercendam libertatem sibi esse melius eligere v.g. panem A. & ità applicato iudicio practico per voluntatem non manebunt media planè æqualia, sed magis judicabit eligendum panem A. quam panem B. neque hoc gratis dicitur, cum is, qui primò assumitur in exercitio necessitati consulat, ac practicè melior sit.

Obj. 3. Divina voluntas eligit media minus bona: quia ad manifestandam suam gloriam condidit hoc universum, quo potuisset multò melius & perfectius condere.

R. Distinguendo assump. Eligit media minus bona materialiter ex parte rei volitæ Con. Sic enim una Creatura est & esse potest aliâ præstantior in entitate. Minus bona formaliter & ex parte motivi volendi, quod est ipsi sua bonitas suarumque perfectionum offerensio N.

Observa hic finaliter: quod, si unicum sit medium ad affecutionem finis unicè necessarium, suppositâ efficaci intentione finis, hoc medium necessariò à voluntate sit amplectendum: quia aliàs illa intentio esset efficax, ut supponitur, & non esset efficax: quia non vellet illud quod ad affecutionem finis unicè est, & judicatur esse necessarium.

QUÆ

lectionem præ
sequitur imper
de singulis
conclusiones.

CO I. Quia

quia, quæ propi

necessaria est

et hac i

14 a 1. O.

applicatur conclu

practici inquire

corum conveni

completum consili

et consultatione

in utilitate. Secu

ntem consilium in

omnia secundum con

Non proprie inquisi

cognationis, & cer

itates solent perver

non est absque inqu

medietate non esse d

tem, de quâ agitu

tem ad discursum

intellectuales

ntiam principic

discursum pr

ntes: nempe Eu

Et synesis, q

principia, ac

principia bene judic

convenientiâ.

QUÆSTIO IV.

De consilio, consensu & actu Imperii.

Electionem præcedit consilium & consensus, subsequitur imperium & usus, denique obtento fine fruitio, de singulis pro pleniori notitiâ singulæ ponuntur conclusiones.

DICO I. *Quia actiones sunt circa singularia contingentia, quæ propter sui variabilitatem incerta sunt... ideo necessaria est inquisitio rationis ante iudicium de eligendis; & hæc inquisitio consilium vocatur S. Th. hic Q. 14. a. 1. O.*

Explicatur conclusio: consilium est discursus intellectus practici inquirentis media ad obtinendum finem, & de eorum convenientiâ iudicantis, unde perfectum & completum consilium non solum importat inquisitionem & consultationem, sed etiam iudicium de mediolorum utilitate. Secundum hanc posteriorem formalitatem consilium invenitur in Deo: *qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue*: Ephes. 1. Non propter inquisitionem, sed propter certitudinem cognitionis, & certum iudicium, ad quod consiliantes solent pervenire; in nobis autem consilium non est absque inquisitione: quia inquisitio supponit media non esse determinata, sed incerta & dubia, & rem, de quâ agitur, esse gravioris momenti. Sicut autem ad discursum speculativum concurrunt duæ virtutes intellectuales: videlicet ad præmissas habitus primorum principiorum, ad conclusionem scientia; ita ad discursum practicum consilii concurrunt duæ virtutes: nempe Eubulia, quâ bene inquiritur in media. Et synesis, quâ secundum communia & generalia principia, ac gnome, quâ secundum altiora principia bene iudicatur & fertur sententia de mediolorum convenientiâ.

DICO

DICO 2. *Cum consilium non sit, nisi de his, quæ sunt ad finem, consensus, propriè loquendo, non est nisi de his quæ sunt ad finem* S. Th. hic Q. 15. 2. 3. O.

Explicatur conclusio: consilio succedit consensus voluntatis approbans media proposita eaque acceptans tanquam utilia & conducentia ad finem intentum, qui actus pertinet ad voluntatem, quia voluntatis est complacere in bono per intellectum proposito, per quam universaliter agens intellectualem in rem, secundum quod est conveniens, inclinatur. Plerumque consensus distinguitur ab electione unius mediæ præ altero, sæpius enim contingit, quod per consilium inveniantur plura media idonea ad finem obtinendum, quibus voluntas complacere ac consentire potest, quamvis deinde per electionem unum alteri præferat. Si tamen in ordine ad finem detur unicum medium, consensus non distinguitur ab electione: quæ tunc non est determinativa unius mediæ inter plura, sed tunc idem actus voluntatis est consensus: prout complacet in medio proposito: est etiam electio prout medium propositum præfert aliis mediis, quæ non placent. Porro consensus latiùs acceptus significat actum voluntatis, quo objectum ab intellectu propositum liberè acceptatur: unde in hoc sensu consensus etiam haberi potest circa finem bonum vel malum, & absque hoc consensu nunquam peccatur.

Circà imperium, cujus potentia actus sit: difficultas est: pro cuius resolutione.

Suppono: imperium aliquando latiùs sumitur pro impulsu habitus alicujus seu virtutis aliarum inferiorum virtutum & habituum actus referentis in suum proprium finem. Strictiùs verò sumitur pro actu intellectus intimante voluntati operis executionem. Qualem dari docet S. Aug. L. 8. confess. cap. 6. ubi ait: *imperat animus,*

mus,

ut moveat
est facilis
Et probat
electionem d
lectu requirat
etiam admi
olum, ad qu
intellectus pra
merè intermi
nec habe
est in ejus p
cum pug
nrentibus pl
utionem tam
ad executione
Video meliora p
Unde præter ju
electionem, de
ns & intmans vol
quis potentis execu
correspondent hab
quæ rectè inquirim
quæ rectè judicari
vicia, quia id que
necurioni detur
DICO 3. *Impe
mer actum volunt
probatur 1. Pat
re, ordinare su
li pertinet ad
ctus practici.
1. Pars patet e
tum movens ad e
que est in actu
1. 2. Theol.*

mus, ut moveatur manus; & movetur manus, & tanta est facilitas, ut vix à servitio discernatur imperium. Et probatur exinde, quod, cum in voluntate post electionem detur usus activus vel executio, & in intellectu requiratur speciale iudicium regulans electionem: etiam admittendus sit specialis actus regulans talem usum, ad quem regulandum non sufficit iudicium intellectus præcedens electionem: eligere enim est actus merè internus, in quo voluntas secum duntaxat certat, nec habet aliam difficultatem, quam velle, quod est in eius potestate; in exequendo autem non solum secum pugnat, sed etiam cum aliis potentiis, concurrentibus pluribus circumstantiis, quæ faciunt executionem tam difficilem, ut voluntas sæpiùs desistat ab executione & impleatur illud commune.

Video meliora proboque, deteriora sequor.

Unde præter iudicium de agendis, quod præcedit electionem, debet esse actus intellectus denunciatus & intimans voluntati, & mediante voluntate reliquis potentiis executionem mediorum. & quia actibus correspondent habitus, præter virtutem Eubulix, quâ rectè inquiremus media; præter virtutem Synesidis, quâ rectè iudicamus de mediis; requiritur virtus prudentiæ, quâ id quod electum est, ordinatè præcipimus, ut executioni detur. Hoc supposito:

DICO 3. *Imperare est actus rationis, præsupposito tamen actu voluntatis S. Th. hic q. 17. a 1. O.*

Probatur 1. Pars ex eo, quod præcipere, loqui, intimare, ordinare sunt formaliter actus intellectus practici & pertinent ad prudentiam, quæ est virtus intellectus practici.

2. Pars patet ex eo: quod, cum voluntas sit primum movens ad exercitium, omnis efficacia motionis, quæ est in actu intellectus, participetur à voluntate.

1. 2. *Theol. Schol.*

K

Obj.

Obj. Imperium non tantum dicit intimationem executionis, sed etiam motionem ad executionem: movere autem ad executionem pertinet ad voluntatem. Ergo imperium non ad intellectum, sed ad voluntatem pertinet.

R. Distinguendo ant. Imperium dicit & intimationem executionis & motionem ad executionem æque principaliter & in recto N. unum principaliter & in recto aliud in obliquo Con. Hinc sequitur imperium secundum id, quod dicit in recto ad intellectum pertinere, secundum hoc, quod importat in obliquo spectat ad voluntatem. Ad cuius intelligentiam sciendum: esse mutuam voluntatis & intellectûs à se invicem dependentiam ac subordinationem, ob quam quotiescunque altera harum potentiarum agit, invenitur aliquid, quod potentia agentis & elicenti secundum proprium suum modum operandi convenit, & aliquid, quod est ex impressione alterius potentia, cui subordinatur; non quod actus ab utraque potentia eliciatur, sed quia ab unâ elicitur, ab aliâ movetur. Una proximè, altera præsuppositivè concurrat; ideoque cum ordinare sit proprium rationis & intellectûs, movere autem efficaciter sit proprium voluntatis, quidquid ordinationis in actibus voluntatis invenitur ab intellectu provenit, & à voluntate participatur ex subordinatione ad intellectum. Econtra quidquid efficaciam in actu intellectûs reperitur, à voluntate derivatur, & actui intellectûs per motionem voluntatis communicatur.

Imperium sequitur usus activus voluntatis, quo voluntas applicat & movet substitutas potentias ad executionem mediorum. De quo

DICO 4. *Usus sequitur electionem S. Th. Q. 16. a. 4. in arg. sed contra*

Probatur: usus est distinctus ab electione. Ergo cum

non precedat
 Usus hab
 enim verfat
 apprehensione,
 dum cogno
 verò attingit
 executione p
 externis,
 virtualiter
 negotior
 in execu
 voluntatis et
 intellectu impera
 O. Electio est
 est sufficiens
 est usus activus
 ad opus, qua
 usus passivus,
 N. consequent
 hoc, quod ipa se
 & voluntatis sufficiat
 sed quia ad ipsam seq
 lecto & usus in ve
 ad exequendum il
 efficax dicitur
 executione ponatu
 quia ad intention
 electio mediorum
 necessarius.
 DICO 5. *Frustratio*
 a. 1. O.
 Probatur: Eiusd
 in fine. Sed ve
 est desiderate
 in fine, sive f

cum non præcedat, debet illam sequi. Probatur antecedens. Usus habet objectum distinctum ab electione; electio enim versatur circa medium ut præsens tantum in apprehensione, quâ illud ut conveniens ad finem assequendum cognoscitur, & ut realiter in se futurum, usus verò attingit medium ut jam realiter obtinendum, & in executione ponendum per egressum actualem à potentiis externis, quas voluntas applicat per operationem virtualiter transeuntem juxtâ exigentiam & difficultatem negotiorum occurrentium: quia enim sæpè est difficultas in executione, ad hanc evincendam novo conatu voluntatis est opus, ut id quod electum est, & ab intellectu imperatum, executioni detur.

Obj. Electio est volitio efficax mediorum, ergo per seipsam est sufficiens ad eorum executionem, ergo inutilis est usus activus, quo potentiæ exequentes applicentur ad opus, quarum potentiarum applicatio vocatur usus passivus.

R. N. consequentiam: electio enim efficax est, non ex hoc, quod ipsa sola absque aliis actibus intellectûs & voluntatis sufficiat, ut media executioni mandentur, sed quia ad ipsam sequitur infallibiliter imperium in intellectu & usus in voluntate, quo applicantur potentiæ ad exequendum illud, quod electum est; sicut, intentio efficax dicitur, non quasi vi solius intentionis in executione ponatur id, quod efficaciter volitum est, sed quia ad intentionem efficacem sequitur infallibiliter electio mediorum, cum aliis actibus ad executionem necessariis.

DICO 5. *Fruitio est appetitiva potentia S. Th. Q. 11. a. 1. O.*

Probatur: Eiusdem potentiæ est motus in finem & quies in fine. Sed voluntatis est motus in finem: quia ipsius est desiderare finem possidendum. Ergo etiam quies in fine, sive frui fine possessio. Est igitur fruitio

quies appetitûs cum suavitate, vel gaudium & delectatio de fine amato. Tria enim ad fruitionem concurrunt: amare, possidere & gaudere vel delectari. Nam qui non possidet, desiderat, & non fruitur re, quam diligit, similiter, qui amat & possidet aliquid, de cuius possessione non delectatur, illo non fruitur: ut constat in infirmo, qui sumit potionem amaram, quam quidem desiderabat, illâ tamen obtentâ non delectatur. Est igitur formaliter fruitio, quasi perceptio fructûs & gaudium vel delectatio de bono amato & possessio. Potest autem finis ultimus à nobis duobus modis possideri: scilicet perfectè & reipsâ, & imperfectè & in spe. Ideoque datur duplex fruitio: perfecta: quæ habetur in patriâ de Deo clarè viso. Imperfecta: quæ habetur hic in viâ per spem & amorem, hæc elicitur à spe & charitate viæ, illa à charitate patriæ.

DISPUTATIO VII.

De moralitate.

Morale in latissimâ acceptione dicitur omne illud, quod aliquo modo à ratione & libero arbitrio pendet: sic valor monetæ dicitur moralis, quia per rationem & liberam voluntatem rempublicam administrantium fuit impositus. Causa dicitur moralis, quia solum mediante propositione rationis & intellectûs influit in voluntatem. Dominia, servitutes, aliaque jura dicuntur entitates morales, quia liberis hominum moribus, placitis, consuetudinibus sunt introductæ. Actus humani dicuntur morales, quia dependent à regulis rectæ rationis liberè eliciuntur. Ipsi denique mores, à quibus nomen moralitatis derivatur, sunt hominum actus, qui liberè & ex directione rationis fiunt, nec appellantur hoc nomine actus agentium irrationalium, ideoque hoc nomen in brutis non reperitur.

QUÆ-

D
Q
Quid est
Mpono: Mora
non tantum d
intellectio,
difformis lux
actiones elicer
que in actu
moralis i. repe
sufficiat ad actu
licetur, ut p
quidem ab age
tamen non si
liberè à volu
denomin
Ordo & habitu
regulis morum
tionem & legem,
stans regulis morum
moralitas formali
Quæritur 1. Qu
actus moralis vel ob
formitatem vel diff
moralis:
DICO 1. Actus
liber speciem ab o
morum, quos
moralitas form
ctum subjectum
Præbatur 1. Al
ntem ad quod
actus moralis ac
actus moralis
ctus mediantibus